



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

LVII. Markgraf Ludwig weist eine Hebung aus dem Zolle zu Brandenburg an, den 21. Febr. 1340.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

LVII. Markgraf Ludwig weist eine Hebung aus dem Zolle zu Brandenburg an, den 21. Febr. 1340.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. contulimus et presentibus conferimus honesto uiro Vlrico, Gertrudi conthorali sue legitime, nec non Fridelino vigollatori, familiari nostro dilecto, nec non Alheydi vxori ipsius, ipforumque veris et legitimis heredibus, VII. talenta cum dimidio denariorum Brandenburgensium annue solucionis sine pensionis, de quibus ipsis parata pecunia per theolonearios nostros debite solutionis tempore videlicet in festo beati Martini plenarie responderi volumus in theoloneo ciuitatis nostre Brandenburg sitos, sine inquietacione qualibet perpetuis temporibus pacifice possidendos. In cuius etc. Testes Guntherus comes de Swarzburg, Jo. de Buch, Beringerus Helo, Johannes Hufener cum ceteris. Datum Spandow, anno domini M. CCC. XXXX. in vigilia Kathedre beati Petri.

Aus einem Copialbuche des Geh. Kab.-Archives. — Gercken's Cod. II, 554.

LVIII. Markgraf Ludwig schenkt dem Johannis-Altar der Pfarrkirche in der Neustadt Brandenburg jährliche Renten aus einem Wehr bei Pheben, am 20. März 1341.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludewicus, dei gratia marchio Brand. et Lufacie, sacri Romani imperii archicamerarius, comes palatinus Rheni et Bavarie dux, ob honorem et reuerenciam omnipotentis dei et gloriosissime virginis, matris sue in remedium salutare animarum progenitorum nostrorum et nostre heredumque nostrorum dedimus et donauimus et presentibus damus et donamus iusto proprietatis tytulo duo talenta reddituum annuorum, sita in secundo gurgusto in Obula circa villam Vhebin, altari fundato in honore sancti Johannis baptiste in ecclesia parrochiali nove ciuitatis Brandenburg dominorum Kalendarum ibidem, volentes ad dictum altare sine inquietacione qualicunq; perpetue pertinere, renunciantes solempniter omni iuri, quod nobis ac nostris heredibus in dictis duobus talentis quoad proprietatem predictam competit vel competere poterit in futurum. Etiam nullum aliud gurgustum per quemquam in aqua ibidem in periculum antedicti gurgusti debeat seu liceat locari, construi sive poni. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus nobilibus uiris: Ghunthero et Ulrico comitibus in Lyndow, strenuis quoque uiris: Frederico de Lochchen, Hassone de Wedelen de Valckenborg, Hermanno de Volckow, Marquardo de Lutherpeck, Petro de Bredow, militibus, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Brandenburg anno domini M^o. CCC^o. XLI^o. feria tertia post dominicam, qua cantatur Letare.

Nach dem Original.

LIX. Die Rathmänner von Berlin, Cöln und Spandau vermitteln einen Vergleich zwischen den beiden Städten Brandenburg, am 26. October 1342 und am 10. März 1343.

Na gotis gebort Dufent Jar driehundert Jar in dem twe vnd virtigestigem Jare, des Sunnauendes na elf dufent Megede dage, sint tofammen gewesen wi ratmanne van Berlin, Colne vnd van Spandou vppe dem rathhuse twischen Berlin vnd Colne; dar sint vor vns gekomen die rat-